

## 6. Epistolar

### Brief von August Hermann Francke an Anastasios Michael.

**Francke, August Hermann**

**Halle (Saale), 01.10.1721**

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-9024**

1101721

Th. 1. ORA. 1. 1. X

Vir Clarissime,

A 175: 144

Platomiki, cui litteras ad te committerem,  
non omittendam hanc testandi mei erga te  
amoris occasionem censui. Neque enim  
sine examine factum, ut cum pluribus a-  
liis ex Oriente olim ad nos accederes, et ali-  
quandiu inter membra collegii, quod vocaba-  
tur, orientalis, litteris operam dares. Testan-  
tur, qui te norunt, minime te poenitu-  
isse illius apud nos commorationis. Ego  
vero mihi persuades, eam a Deo eiusque  
providentia singulari profectam esse,  
qui eam non ad huius tantum vita-  
rationes, sed ad aeternam potius  
a nobis referri voluerit. Hac enim

141  
est sapientia divina in dirigendis  
rebus humanis consuetudo, ut animos  
hominum ex quo temporis spatio in  
hac vita coniungat, quo fructus ex  
hac sua coniunctione sempiternos  
percipiant. Atque hic divina providen-  
tia finis a nobis haud dubie obtinebi-  
tur, si, qua sapius inter nos de veri et  
genuini Christianismi ratione, via-  
que ad caelum haud fallaci collocuti  
sumus, apud animam custodiverimus  
et in eis constantes ad vitam usque  
finem permanserimus. Faxis  
Tu, Optime Anastasi, ut quem-

admodum reliquis conterraneis suis  
profectu felici in studijs palmam pra-  
ripuisti, ita nunc Graecis omnibus exe-  
plo fidei sincerae et vitae sanctioris  
preluceas. Spero sane, eò te, etiam  
me haud monente, omni studio eniti,  
nec me, ex charitate in re tam ardua  
te nunc monentem, esse aspernaturum,  
sed eò potius magis ad Christi imita-  
tionem seriam iri inflammatum. Huc  
etiam ego magis atque magis in dies  
connitari. Ita fiet per Dei gratiam,  
ut, qui tantillo tempore una viximus

in terris, eternum coniuncti sumus  
in coelis. Vale.

Suus

Hala, d. 1. Octobris, 1721. Augustus Hermannus  
Frankius.

Viro Clarissimo  
Domino Michaeli Anastasio,  
Macedoni,  
nunc in Russia degenti.